



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

XI. Iac. Sadoletvs Card. S.R.E. Romulo Amasæo S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

que ex te, quam mihi honestam & vtilem fore arbitraberis. Non enim animus tuum tum propensum erga me, tum suapte sponte bonis omnibus fauentem. Neque id me primum literarum doctorum, sed hæc tamen incundæ atque gratæ quod testes extiterunt non benevolentia solum, verum etiam memoria mei tuæ. Quæ ego legens videbar tecum loqui, tanta in illis suauitas, tamque declaratio amoris tui erga me inerat. Quare te etiam oro, ut iterdum ad me, cum otium tibi erit, scribere ne graueris. Ego quod mee voluntatis in te proprium est, sic te statuere, & te persuasum esse volo, qui te plus quam ego faciat habere te in minem. Quamobrem quicquid ego sum, aut esse inquam poteris, totum tibi confidas & tuis commodis paratum. Vale. XIII. Calendarum Februarij, M. D. XXXVII. Ex Vrbe.

XI.

IAC. SADOLETVS CARD. S. R. E.  
Romulo Amasæo S. P. D.

NON erat opus mecum tot vti excusationibus: non enim vnquam dubitavi quin tu me diligeres. Sed tamen in quodammodo excusando cum adhibuisti non mediocrem diligentiam, simul & illud, quanti tu me faceres, ostendisti. Quo ego tuo vel de me iudicio, vel erga me animo mirifice delector. Virtutem tuam, quam amabam & excellens ingenium, quo es præditus, totum expressum vidi in tuis literis: quibus mihi elegantius nec eruditius legi à me potuit. Omnino egregie sustinetur meum quod adeptus es. De quo tibi non minus gratulor, quam tu honori meo es gratularus. Cui ego honori vtiquam par esse potest, ut ne obruar expectatione eorum, qui magna à me pollicent, & maiora quidem, quam queam præstare. Sed in hoc miror Deus nos adiuuerit. Ego te diligo Romule, & de tuis virtutibus honestissimè sentio: meque vicissim cupio à te amari, præsertim, si quid fortè vti opera mea volueris, ea tibi præstare, quæ ab amicissimo homine iure expectanda sunt. Pompilium tuum hæc sæpè video, eiusque probitate, & ingenio, ac in me ipsum moderantia sum moperè delector. Vale. Romæ.

XII.

IAC. S ADOL. S. R. E. CARDINAL.  
Achilli Bocchio Bononien. S. P. D.

NVLLA fuit antehac mihi tecum familiaritas. Verùm litterarum tuarum, quas proximè ad me misisti, cum inter nos benevolentiam conciliauerunt, quæ instar antiquæ necessitudinis habet.